

## Sarum Lauds.

*Before the beginning of the Hours is said privately the Pater noster, Ave Maria, and Credo in Deum, and likewise at the end.*

### *Brief Prayer before the Hours.*

**A**peri Dómine os meum ad benedicéndum nomen tuum, munda quoque cor meum ab ómnibus vanis cogitatióibus ut exaudíri mérear ante conspéctum divíne majestátis tue.

Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus. Per ómnia sécula seculórum. Amen.

### **¶** *The Lord's Prayer.*

**P**ater noster qui es in celis sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuam. Fiat volúntas tua sicut in celo et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hodie. Et

dimítte nobis débíta nostra sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatiónem. Sed líbera nos a malo. Amen.

### **¶** *The Angelic Salutation.*

**A**ve María grátia plena Dóminus tecum. Benedícta tu in muliéribus : et benedíctus fructus ventris

tui Jesus Christus. Sancta María mater Dei ora pro nobis peccatóribus nunc et in hora mortis. Amen.

### **¶** *The Apostles' Creed.*

**C**redo in Deum Patrem omnipoténtem, Creatórem celi et terre. Et in Jesum Christum Fílium ejus únicum Dóminum nostrum. Qui concéptus est de Spíritu Sancto natus ex María vírgine. Passus sub Póntio Pyláto, crucifixus mórtuus et sepúltus. Descéndit ad inférna : tértia die resurrexít a mórtuis. Ascéndit ad celos :

sedet ad délixeram Dei Patris omnipoténtis. Inde ventúrus est judicáre vivos et mórtuos.

Credo in Spíritum Sanctum : sanctam ecclésiam cathólicam. Sanctórum communiónem. Remissionem peccatórum. Carnis resurrectionem. Vitam etérnam. Amen.


Opening Versicles.

All Standing.

Weekdays.




I- at mi-se-ri-córdi- a tu- a Dómi-ne.



℞. Quemádmódum spe-rá-vimus in te.

Sundays.



X-célsus su-per omnes gentes Dómi-nus.




℞. Et su-per ce-los gló-ri- a e-jus.




E-us in adju-tó-ri- um me-um inténde. ℞. Dómi-



num ad adju-vándum me festi-na. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o



et Spi-rí-tu- i Sancto. Si-cut e-rat in princi-pi- o et nunc





et semper : et in sé-cu-la se-cu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ya.

(The Psalms are sung standing; sitting is permitted.)

## Friday.

1. Ant.  
Ii.



 Pí-ri-tu princi-pá- li.

*Psalmus l. (alternating by sides if feasible.)*

**M**iserere mei *Deus* : \* secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitudínem miseratiónum tuárum : \* dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea : \* et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognóscó : \* et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi et malum coram te feci : \* ut justificéris in sermónibus tuis et vincas cum iudicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum : \* et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti : \* incérta et occúlta sapiéntie tue manifestásti michi.

Aspérges me ysópo et mundábor : \* lavábis me et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et leticiam : \* et exultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis : \* et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me *Deus* : \* et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projicias me a fácie tua : \* et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde michi leticiam salutáris tui : \* et spíritu principáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas : \* et ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus *Deus* *Deus* salutis mee : \* et exultábit lingua mea justiciam tuam.

Dómine lábia mea apéries : \* et os meum annunciábit laudem tuam.

Quóniam si volúisses sacrificium dedíssem : \* útique olocáustis non delectáberis.

Sacrificium Deo spíritus contribulátus : \* cor contrítum et humiliátum *Deus non despícies.*

Benigne fac Dómine in bona voluntáte tua *Sion* : \* ut edificéntur muri *Hierúsalem.*

Tunc acceptábis sacrificium justicie

oblaciones et oblocusta : \* tunc  
imponent super altare tuum vitulos.

Glória Patri et Fílio : \* et Spiritui  
Sancto.


Sicut erat in principio et nunc et  
semper : \* et in secula seculorum.  
Amen.

Ant.




Pí-ri-tu princi-pá- li \* confírma cor me-um De-us.

2. Ant.  
VIII.i.



N ve-ri-tá-te.



*Psalmus cxlij.*

**D**omine exáudi orationem meam,  
áuribus percipe obsecrationem  
meam : \* in veritate tua exáudi me in  
tua *justicia*.

Et non intres in iudicium cum  
servo tuo : \* quia non justificabitur in  
conspéctu tuo *omnis vivens*.

Quia persecutus est inimicus áni-  
mam meam : \* humiliávit in terra  
*vitam meam*.

Collocávit me in obsúris sicut  
mórtuos séculi : \* et anxiátus est  
super me spíritus meus in me  
turbátum *est cor meum*.

Memor fui diérum antiquórum  
meditátus sum in ómnibus opéribus  
tuis : \* in factis mánuum tuárum  
*meditábar*.

Expáudi manus meas **ad** te : \*  
ánima mea sicut terra sine *aqua tibi*.

Velóciter exáudi me **Dómine** : \*  
defécit spíritus meus.

Non avértas faciém tuam a me : \* et  
similis ero descendéntibus *in lacum*.

Audítam fac michi mane miseri-  
córdiam tuam : \* quia in *te sperávi*.

Notam fac michi viam in qua  
ámblem : \* quia ad te levávi *ánimam*  
meam.

Eripe me de inimicis meis **Dómine**  
ad te **confúgi** : \* doce me fácere vo-  
luntátem tuam, quia Deus *meus es* tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in  
terram **rectam** : \* propter nomen  
tuum **Dómine** vivificábis me in equi-  
*tate tua*.


Edúces de tribulatióne ánimam me-  
am : \* et in misericórdia tua dispérdes  
inimícos meos.

Et perdes omnes qui tríbulant  
ánimam meam : \* quóniam ego *servus*  
tuus sum.

Glória Patri et Fílio : \* et Spirítui  
Sancto.

Sicut erat in princípio et nunc et  
semper : \* et in sécula *seculórum*.  
Amen.

Ant.




N ve-ri-tá-te \* tu-a ex-áudi me Dómi-ne.

3. Ant.  
IV.vii.



L-lúmi-na Dómi-ne.



*Psalmus lxiij.*

**D**eus *Deus* meus : \* ad te de luce  
vígilo.

Sitívit in te *ánima mea* : \* quam  
multipliciter caro *mea*.

In terra desérta ínvia et inaquósa,  
sic in sancto appáruí tibi : \* ut vidé-  
rem virtútem tuam et glóriam *tuam*.

Quóniam mélior est misericórdia  
tua *super vitas* : \* lábia mea laudábunt  
te.

Sic benedícam te in *vita mea* : \* et  
in nómine tuo levábo manus *meas*.

Sicut ádipe et pinguédine repleátur  
*ánima mea* : \* et lábiis exultatiónis  
laudábit os *meum*.

Sic memor fui tui super stratum  
meum, in matutínis meditábor in te : \*  
quia fuísti adjútor *meus*.

Et in velaménto alárum tuárum ex-  
ultábo, adhésit *ánima mea post te* : \*  
me suscepit délixera *tua*.

Ipsi vero in vanum quesierunt *áni-  
mam meam* : \* introíbunt in inferióra  
terre, tradéntur in manus gládii partes  
vúlpium *erunt*.

Rex vero letábitur in Deo, lauda-  
búntur omnes qui jurant in eo : \*  
quia obstrúctum est os loquéntium  
*iníqua*.

Psalmus lxxvj.

**D**eus misereatur nostri et benedicat nobis : \* illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra *viam tuam* : \* in omnibus gentibus salutare *tuum*.

Confiteantur tibi *populi Deus* : \* confiteantur tibi *populi omnes*.

Letentur et exultent gentes, quoniam iudicas populos in *equitate* : \* et gentes in terra *dirigis*.

Confiteantur tibi *populi Deus*, con-

fiteantur tibi *populi omnes* : \* terra dedit fructum *suum*.

Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos *Deus* : \* et metuant eum omnes *fines terre*.

Glória Patri et *Filio* : \* et *Spirítui Sancto*.


Sicut erat in principio et *nunc et semper* : \* et in *secula seculorum*. Amen.

Ant.




L- lumi-na Dómi-ne \* vultum tu-um su-per nos.

4. Ant.  
IV.i.



Omi-ne audí-vi.



Psalmus Abacuc iij.

**D**omine audivi *† auditiónem tuam* : \* - - et *tímu*.

Dómine *opus tuum* : \* in *médio annórum vivífica illud*.

In *médio annórum notum fácies* : \* cum irátus fúeris *misericórdie recórdáberis*.

Deus ab *austro véniet* : \* et sanctus *de monte Pharan*.

Opéruit celos *glória ejus* : \* et

laudis ejus *plena est terra*.

Splendor ejus *ut lux erit* : \* *córnu*a in *mánibus ejus*.

Ibi abscondita est *fortitúdo ejus* : \* ante *fáciem ejus ibit mors*.

Egrediétur *diábolus ante pedes ejus* : \* stetit et *mensus est terram*.

Aspéxit et *dissólvit gentes* : \* et *contríti sunt montes séculi*.

Incurváti sunt *colles mundi* : \* ab

itinéribus eternitátis ejus.

Pro iniquitate vidi tentória *Ethyópie* :  
\* turbabúntur *pelles terre Má dian*.

Nunquid in flumínibus *irátus es*  
**Dómine** : \* aut in flumínibus furor  
tuus, vel in mari *indignátio tua*.

Qui ascédes super *equos tuos* : \* et  
quadrige *tue salvátio*.

Súscitans suscitábis *arcum tuum* : \*  
juraménta *tribubus que locútus es*.

Flúvios *scindes terre* : \* vidérunt te  
et doluerunt montes, gurges *aquárum*  
*tránsiit*.

Dedit abýssus *vocem suam* : \* alti-  
túdo *manus suas levávit*.

Sol et luna steterunt in *habitáculo*  
*suo* : \* in luce sagittárum tuárum  
ibunt, in splendóre *fulgurántis haste*  
*tue*.

In frémitu conculcábis *terram* : \* in  
furóre *obstupefácies gentes*.

Egréssus es in salútem *pópuli tui* : \* in  
salútem *cum Christo tuo*.

Percussísti caput de *domo ímpii* : \*  
denudásti fundaméntum ejus *usque ad*  
*collum*.

Maledixísti *sceptris ejus* : \* cápiti  
bellatórum ejus, veniéntibus ut turbo  
*ad dispergéndum me*.

Exultátio *eórum* : \* sicut ejus qui  
dévorat *páuperem in abscóndito*.

Viam fecísti in mari *equis tuis* : \* in  
luto *aquárum multárum*.

Audívi et conturbátus est *venter*  
**meus** : \* a voce contremuérunť *lábía*  
*mea*.

Ingrediátur putrédo in *óssibus meis* : \*  
et *subter me scáteat*.

Ut requiéscam in die *tribulatiónis* : \*  
ut ascéndam ad *pópulum accíntum*  
*nostrum*.

Ficus enim *non florébit* : \* et non  
erit *germen in véneis*.

Mentiétur *opus olíve* : \* et arva non  
*áfferent cibum*.

Abscindétur de *ovíli pecus* : \* et  
non erit *arméntum in presépiis*.

Ego autem in *Dómino gaudébo* : \*  
et exultábo in Deo *Jesu meo*.


Deus *Dóminus fortitúdo mea* : \* et  
ponet pedes meos *quasi cervórum*.

Et super excélsa mea *dedúcet me*  
**victor** : \* in *psalmis canéntem*.

Glória *Patri et Fílio* : \* et *Spirítui*  
**Sancto**.

Sicut erat in princípío et *nunc et*  
**semper** : \* et in *sécula seculórum*.  
Amen.

Ant.



O- mi- ne audí- vi \* áudi- tum tu- um et tímu- i.

5. Ant.  
I.ii.



N týmpa-no et cho-ro.



*Psalmus cxlviiij.*

**L**audáte Dóminum de *celis* : \*  
laudáte eum *in excélsis*.

Laudáte eum omnes ángeli *ejus* : \*  
laudáte eum omnes *virtútes* **ejus**.

Laudáte eum sol et *luna* : \* laudáte  
eum omnes *stelle et lumen*.

Laudáte eum celi *celórum* : \* et  
aque omnes que super celos sunt,  
laudent *nomen Dómini*.

Quia ipse dixit et *facta* sunt : \* ipse  
mandávit et *creáta* sunt.

Státuit ea in *séculum* et in *séculum*  
*séculi* : \* *precéptum* pósuit et non  
*preteríbit*.

Laudáte Dóminum de *terra* : \*  
dracónes et omnes *abyssi*.

Ignis grando nix glácies spíritus

procellárum : \* que *faciunt verbum*  
*ejus*.

Montes et omnes *colles* : \* ligna  
fructífera et omnes **cedri**.

Béstie et univér<sup>s</sup>a *pécora* : \* ser-  
péntes et *vólucres pennáte*.

Reges terre et omnes *pópuli* : \*  
príncipes et omnes *júdices terre*.

Júvenes et vírgines senes cum ju-  
nióribus laudent *nomen Dómini* : \*  
quia exaltátum est *nomen ejus solíus*.

Conféssio *ejus* super celum et *ter-*  
*ram* : \* et exaltávit cornu *pópuli sui*.

Hymnus ómnibus sanctis *ejus* : \*  
filiis Israel *pópulo appropinquánti*  
*sibi*.

*Psalmus cxlix.*

**C**antáte Dómino cánticum *no-*  
*vum* : \* laus *ejus* in *ecclesia*  
*sanctórum*.

Letétur Israel in eo qui fecit *eum* : \* et  
filii Syon exúltent in *rege suo*.

Laudent *nomen ejus* in *choro* : \* in  
týmpano et psaltério *psallant ei*.

Quia beneplácitum est Dómino in

*pópulo suo* : \* et exaltávit mansuétos  
*in salútem*.

Exultábunt sancti in *glória* : \*  
letabúntur in *cubílibus suis*.

Exultatiónes Dei in *gútture eórum* : \*  
et gládii ancípites in *mánibus eórum*.

Ad faciéndam vindíctam in *na-*  
*tió nibus* : \* increpatiónes *in pópulis*.



Ad alligandos reges eorum in compedibus : \* et nobiles eorum in manibus ferreis.

Ut faciant in eis iudicium conscriptum : \* gloria hec est omnibus sanctis ejus.

*Psalmus cl.*

**L**audate Dominum in sanctis ejus : \* laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus : \* laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tube : \* laudate eum in psalterio et cythara.

Laudate eum in tympano et choro : \* laudate eum in cordis et organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis jubilationis : \* omnis spiritus laudet Dominum.

Glória Patri et Filio : \* et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio et nunc et semper : \* et in secula seculorum. Amen.


Ant.




**N** týmpa-no et cho-ro \* in cordis et órga-no  
laudá-te De-um.

*Capitulum 1. Corin. 16. 13.*

Cap.



**I**-gi-lá-te et o-rá-te : sta-te in fi-de : vi-rí-li-ter  
á-gi-te et confortámi-ni et ómni- a vestra in cha-ri-tá-te



fi- ant. *R.* De-o grá-ti- as.

Hymn.  
IV.




C- ce jam noctis te-nu- á-tur umbra : \* Lu- cis auró-



ra rú-ti- lans co-rú-scat : Ní-si-bus to-tis ro-gi-témus omnes



Cuncti-po-téntem. 2. Ut De-us noster mi-se-rá-tus, omnem



Pel-lat languó-rem trí-bu-at sa-lú-tem Donet et no-bis



pi- e-tá-te pa-tris Regna po-ló-rum. 3. Prestet hoc no-bis




De- i-tas be- á-ta, Pa-tris ac Na- ti pa-ri-térque Sancti



Spí-ri-tus cu-jus ré-bo-at in omni Gló-ri- a mundo. A-men.

Versiculus.



In ma-tu-tí-nas Dómi-ne me-di-tá-bor in te.

*R.* (Silently.) Quia fuísti adjútor meus.

Ant.  
VIII.i.




Er vísce-ra.

Cant.  
VIII.i.



Ene-díctus Dóminus De- us Isra-el : \* qui- a vi-si-



ta-vit et fe-cit re-dempti- ónem ple-bis su- e.

Et eréxit cornu *salútis* nobis : \* in domo David púeri sui.

Sicut locútus est *per os sanctórum* : \* qui a século sunt prophetárum ejus.

Salútem ex inimícis nostris : \* et de manu ómnium qui odérunt nos.

Ad faciéndum misericórdiam *cum pátribus* nostris : \* et memoráři testaménti sui sancti.

Jusjurándum quod jurávit ad *Abraham patrem* nostrum : \* datúrum se nobis.

Ut sine timóre de manu inimicórum nostrórum liberáti : \* serviámus illi.

In sanctitáte et justícia coram ipso : \*

ómnibus *diébus* nostris.

Et tu puer Prophéta *Altíssimi* vocáberis : \* preíbis enim ante faciem Dómini paráre *vias* ejus.

Ad dandam sciéntiam *salútis plebi* ejus : \* in remissiónem peccatórum *eórum*.

Per víscera misericórdie *Dei* nostri : \* in quibus visitávit nos óriens ex alto.

Illumináre his qui in ténébris et in umbra *mortis* sedent : \* ad dirigéndos pedes nostros in *viam* pacis.

—Glória *Patri et Fílio* : \* et Spirítui Sancto.

Sicut erat in príncipio, *et nunc et semper* : \* et in sécula *seculórum*. Amen.

Ant.




**E**r vísce-ra \* mi-se-ri-córdi-e De- i nostri in  
 qui-bus vi-si- tá- vit nos ó-ri- ens ex alto.


*Prayers, page 30.*

## Saturday.

1, Ant.  
 IV.i.



**E**-nigne.



### *Psalmus l.*

**M**iserere *mei* Deus : \* secúndum  
 magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitudinem misera-  
 tiónum tuárum : \* dele iniquitátem  
 meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea : \*  
 et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego  
 cognóscó : \* et peccátum meum  
 contra me est semper.

Tibi soli peccávi et malum coram te  
 feci : \* ut justificéris in sermónibus  
 tuis et vincas cum iudicáris.

Ecce enim in iniquitátibus con-  
 céptus sum : \* et in peccátis concépit

*me mater mea.*

Ecce enim veritátem dilexísti : \* in-  
 cérta et occúlta sapiéntie tue mani-  
 festásti michi.

Aspérges me ysópo et mundábor : \*  
 lavábis me et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et leti-  
 ciam : \* et exultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis :  
 \* et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus : \* et  
 spíritum rectum ínnova in viscéribus  
 meis.

Ne projicias me a fácie tua : \* et  
 spíritum sanctum tuum ne áuferas a

me.

Redde michi leticiam salutáris tui : \*  
et spírítu principáli *confirma* me.

Docébo iníquos *vias tuas* : \* et ímpii  
ad *te converténtur*.

Líbera me de sanguínibus Deus  
Deus *salútis mee* : \* et exultábit  
lingua mea *justíciam tuam*.

Dómine lábia mea *apéries* : \* et os  
meum *annunciábit laudem tuam*.

Quóniam si voluisses sacrificium  
*dedissem* : \* útique olocáustis *non*  
*delectáberis*.

Sacrificium Deo spírítus contribu-

látus : \* cor contrítum et humiliátum  
Deus *non despícies*.

Benígne fac Dómine in bona  
voluntáte *tua Sion* : \* ut edificéntur  
*muri Hierúsalem*.

Tunc acceptábis sacrificium justície  
oblatiónes et *olocáusta* : \* tunc  
impónent super altáre *tuum vítulos*.

Glória Patri et Fílio : \* et Spírítui  
**Sancto**.


Sicut erat in princípío et *nunc et*  
**semper** : \* et in *sécula seculórum*.  
Amen.

Ant.




E- nígne \* fac in bo-na vo-luntá-te tu-a Dómi-ne.

2. Ant.  
VIII.ii.



Onum est.



*Psalmus xcj.*

**B**Onum est † confitéri Dómino : \*  
et psállere nómini tuo *Altíssime*.

Ad annunciándum mane miseri-  
córdiam *tuam* : \* et veritátem *tuam*  
*per noctem*.

In decacórdo psaltério : \* cum  
cántico *in cýthara*.

Quia delectásti me Dómine in fac-  
túra *tua* : \* et in opéribus mánuum

*tuárum exultábo*.

Quam magnificáta sunt ópera tua  
Dómine : \* nimis profúnde facte sunt  
cogitatiónes *tue*.

Vir insípiens non *cognóscet* : \* et  
stultus non *intélliget* hec.

Cum exórti fúerint peccatóres sicut  
*fenum* : \* et apparúerint omnes qui  
operántur *iniquitátem*.

Ut intéreant in séculum **séculi** : \*  
tu autem Altíssimus in *etérnum*  
Dómine.

Quóniam ecce inimíci tui Dómine,  
quóniam ecce inimíci tui períbunt : \*  
et dispergéntur omnes qui operántur  
*iniquitátem*.

Et exaltábitur sicut unicórnis cornu  
**meum** : \* et senéctus mea in miseri-  
*córdia úberi*.

Et despéxit óculus meus inimícos  
**meos** : \* et in insurgéntibus in me  
malignántibus áudiet *auris mea*.

Justus ut palma florébit : \* sicut

cedrus Líbani *multiplicábitur*.

Plantáti in domo Dómini : \* in  
átriis domus Dei *nostrí florébunt*.

Adhuc multiplicabúntur in senécta  
**úberi** : \* et bene patiéntes erunt *ut*  
*annúncient*.

Quóniam rectus Dóminus Deus  
**noster** : \* et non est *iniquitas in eo*.

Glória Patri et Fílio : \* et *Spirítui*  
**Sancto**.


Sicut erat in princípío et nunc et  
**semper** : \* et in *sécula seculórum*.  
Amen.

Ant.




O- num est \* confi-té-ri Dómi-no.

3. Ant.  
VIII.ii.



E-tu- ant Dómi-num.



*Psalmus lxij.*

**D**eus Deus **meus** : \* ad te de *luce*  
vígilo.

Sitívit in te **ánima mea** : \* quam  
multipliciter *caro mea*.

In terra desérta ínvia et inaquósa,  
sic in sancto appáruí **tibi** : \* ut vidé-  
rem virtútem tuam et *glóriam tuam*.

Quóniam mélior est misericórdia

tua super vitas : \* *lábía mea lau-*  
**dábunt te**.

Sic benedícám te in vita **mea** : \* et  
in nómine tuo levábo *manus meas*.

Sicut ádipe et pinguédine repleátur  
**ánima mea** : \* et lábiis exultatiónis  
*laudábit os meum*.

Sic memor fui tui super stratum

meum, in matutinis meditabor in te : \*  
quia fuisti adiutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhesit anima mea post te : \*  
me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quesierunt animam meam : \* introibunt in inferiora

terre, tradentur in manus gladii partes vulpium erunt.

Rex vero letabitur in Deo, laudabuntur omnes qui jurant in eo : \*  
quia obstructum est os loquentium iniqua.

*Psalmus lxxvj.*

**D**eus misereatur nostri et benedicat nobis : \* illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam : \*  
in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus : \*  
confiteantur tibi populi omnes.

Letentur et exultent gentes, quoniam iudicas populos in equitate : \* et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus, con-


fiteantur tibi populi omnes : \* terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus : \* et metuant eum omnes fines terre.

Glória Patri et Filio : \* et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio et nunc et semper : \* et in secula seculorum. Amen.


Ant.



E- tu- ant Dómi-num \* omnes fi-nes terre.

4. Ant.

IV.i.



T in ser-vis.



*Psalmus Moysi. Deuteronomii. xxxij.*

**A**udite celi que loquor : \* audiat terra verba oris mei.

Concréscat ut pluvia doctrina mea : \*

fluat ut ros eloquium meum.

Quasi imber super herbam, et quasi stille super gramina : \* quia nomen

Dómini invocábo.

Date magnificéntiam Deo nostro : \*  
Dei perfectá sunt ópera, et omnes vie  
ejus **judícia**.

Deus fidélis et absque ulla iniqui-  
táte, *justus et rectus* : \* peccavérunt  
ei, et non filii ejus in **sórdibus**.

Generátio prava atque *pervérsa* : \*  
héccine reddis Dómino pópule stulte  
et **insípiens**.

Nunquid non ipse est pater tuus *qui*  
*possédit* te : \* et *fecit et creávit* te.

Meménto diérum *antiquórum* : \*  
cógita generatiónes **síngulas**.

Intérroga patrem tuum et annun-  
ciábit tibi : \* majóres tuos *et dicent*  
**tibi**.

Quando dividébat **Altíssimus gen-**  
**tes** : \* quando separábat *filios* Adam.

Constituit términos *populórum* : \*  
juxta númerum *filiórum* **Israel**.

Pars autem Dómini *pópulus* ejus : \*  
Jacob funículus **hereditátis** ejus.

Invénit eum in terra *desérta* : \* in  
loco horróris et vaste **solitúdinis**.

Circundúxit eum et **dócu**it : \* et  
custodívit quasi pupíllam **óculi sui**.

Sicut áquila próvocans ad volándum  
*pullos suos* : \* et *super eos* **vólitans**.

Expándit alas suas et *assúmpsit* eos :  
\* atque portávit in **húmeris suis**.

Dóminus solus dux *ejus* **fuit** : \* et  
non erat cum eo *deus aliénus*.

Constituit eum super *excélsam* **ter-**  
**ram** : \* ut coméderet *fructus agrórum*.

Ut súgeret *mel de* **petra** : \* oleúm-  
que de *saxo duríssimo*.

Butýrum de arménto et *lac de*  
**óvibus** : \* cum ádipe agnórum et  
arietum *filiórum* **Basan**.

Et hyrcos cum *medúlla* **trítici** : \* et  
sánguinem uve bíberet **meracíssimum**.

Incrassátus est diléctus et *recalci-*  
**trávit** : \* incrassátus impinguátus  
*dilatátus*.

Derelíquit Deum *factórem* **suum** : \*  
et recéssit a Deo *salutári suo*.

Provocavérunt eum in diis *aliénis* :  
\* et in abominatióibus ad iracún-  
diam *concitavérunt*.

Immolavérunt demóniis *et non* **Deo**  
: \* diis *quos ignorábant*.

Novi recentésque *venérunt* : \* quos  
non coluérunt *patres eórum*.

Deum qui te genuit *dereliquisti* : \*  
et oblítus es Dómini *Creatoris tui*.

Vidit Dóminus et ad iracúndiam  
*concitátus* est : \* quia provocavérunt  
eum filii *sui et filie*.

Et ait Abscóndam fáciem *meam ab*  
**eis** : \* et considerábo *novíssima*  
*eórum*.

Generátio *enim pervérsa* est : \* et  
*infidéles filii*.

Ipsi me provocavérunt in eo qui  
non *erat* **deus** : \* et irritavérunt in  
*vanitátibus suis*.

Et ego provocábo eos in eo qui *non*  
*est* **pópulus** : \* et in gente stulta ir-  
*ritábo illos*.



Ignis succensus est in furóre **meo** : \*  
et ardebit usque ad inférni novíssima.

Devorabitque terram cum gérmine  
suo : \* et móntium fundaménta com-  
búret.

Congregábo super eos **mala** : \* et  
sagíttas meas complébo in eis.

Consuméntur **fame** : \* et devo-  
rábunt eos aves morsu amaríssimo.

Dentes bestiárum immittam in eos : \*  
cum furóre trahéntium super terram  
atque serpéntium.

Foris vastábit eos **gládius** : \* et intus  
pavor.

Júvenem simul ac vírginem : \* lac-  
téntem cum hómine sene.

Et dixi, Ubi **nam** sunt : \* cessáre  
fáciam ex homínibus memóriam  
eórum.

Sed propter iram inimicórum **dis-**  
tuli : \* ne forte superbírent *hostes*  
eórum.

Et dicerent Manus nostra excélsa :  
\* et non Dóminus *fecit hec ómnia*.

Gens absque consílio est et sine *pru-*  
**déntia** : \* útinam sáperent et in-  
telligerent, ac novíssima *providérent*.

Quómodo persequébatur *unus mil-*  
le : \* et duo fugárent *decem mília*.

Nonne ídeo quia Deus suus vén-  
didit eos : \* et Dóminus *conclúsit illos*.

Non enim est Deus noster ut dii  
eórum : \* et inimíci *nostri sunt*  
júdices.

De vénea Sodomórum vénea eórum : \*

et de suburbánis Gomórre.

Uva eórum *uva fellis* : \* et botri  
*amaríssimi*.

Fel draconum *vinum eórum* : \* et  
venénium *áspidum insanábile*.

Nonne hec cóndita *sunt apud me* : \*  
et signáta in *thesáuris meis*.

Mea est últio et ego retribuam in  
**témpore** : \* ut labátur *pes eórum*.

Juxta est dies *perditiónis* : \* et  
adésse *festínant témpora*.

Judicábit Dóminus *pópulum suum* : \*  
et in servis suis *miserébitur*.

Vidébit quod infirmáta sit *manus*  
ejus : \* et clausi quoque defecerunt,  
*residuíque consumpti* sunt.

Et dicent, Ubi sunt dii eórum : \* in  
quibus *habébant fidúciam*.

De quorum víctimis comedébant  
*ádipes* : \* et bibébant *vinum libámi-*  
num.

Surgant et opituléntur **vobis** : \* et  
in necessitáte *vos prótegant*.

Vidéte quod ego *sim solus* : \* et non  
sit *álius Deus preter me*.

Ego occídám et ego vívere fáciam,  
percútiam et ego *sanábo* : \* et non est  
qui de manu mea *possit erúere*.

Levábo ad celum *manum meam* : \*  
et dicam Vivo ego in *etérnum*.

Si acúero ut fulgur *gládium meum* : \*  
et arripúerit *judícium manus mee*.

Reddam ultiónem *hóstibus meis* : \*  
et his qui *odérunt me retribuam*.

Inebriábo sagíttas *meas sanguíne* : \*

et gladius meus *devorabit* carnes.

De cruore *occisorum* : \* et de captivitate nudati *inimicorum* capitis.

Laudate gentes *populum* ejus : \* quia sanguinem servorum suorum *ulciscetur*.


Et vindictam retribuet in hostes

*eorum* : \* et propicius erit terre *populi* sui.

Glória Patri et Fílio : \* et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio et *nunc et semper* : \* et in *secula seculorum*. Amen.


Ant.




T in servis \* su- is Dómi-nus mi-se-ré-bi-tur.

5. Ant.

IV.i.



N cýmba-lis be-ne-so-nánti-bus.



*Psalmus cxlviiij.*

Laudate Dóminum de celis : \*  
laudate eum in excélsis.

Laudate eum omnes *ángeli* ejus : \*  
laudate eum omnes *virtútes* ejus.

Laudate eum *sol et luna* : \* laudate  
eum omnes *stelle et lumen*.

Laudate eum *celi celórum* : \* et  
aque omnes que super celos sunt,  
*laudent nomen Dómini*.

Quia ipse dixit et *facta* sunt : \* ipse  
*mandávit et creáta* sunt.

Státuit ea in *seculum* et in *seculum*  
*seculi* : \* *precéptum* pósuit et *non*  
*preteríbit*.

Laudate Dóminum de *terra* : \*

*dracónes* et *omnes abyssi*.

Ignis grando nix glacies *spíritus*  
*procellárum* : \* que *fáciunt verbum*  
ejus.

Montes et *omnes colles* : \* *ligna*  
*fructífera et omnes cedri*.

Béstie et *univérsa pécora* : \* ser-  
péntes et *vólucres pennáte*.

Reges terre et *omnes populi* : \*  
*príncipes* et omnes *júdice* terre.

Júvenes et vírgines senes cum  
*junióribus laudent nomen Dómini* : \*  
quia *exaltátum* est *nomen ejus solius*.

Conféssio ejus super *celum et ter-*  
*ram* : \* et *exaltávit cornu populi* sui.

Hymnus ómnibus *sanctis* ejus : \*

filiis Israel pópulo appropinquánti sibi.

*Psalmus cxlix.*

**C**Antáte Dómino cánticum novum : \* laus ejus in ecclésia *sanctórum*.

Letétur Israel in eo qui *fecit eum* : \* et filii Syon exúlent in *rege suo*.

Laudent nomen *ejus in choro* : \* in týmpano et psaltério *psallant ei*.

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo : \* et exaltávit mansuétos in *salútem*.

Exultábunt *sancti in glória* : \*

letabúntur in *cubílibus suis*.

Exultatiónes Dei in *gútture eórum* : \* et gládii ancípites in *mánibus eórum*.

Ad faciéndam vindíctam in *natió nibus* : \* increpatiónes in *pópulis*.

Ad alligándos reges eórum in *compédibus* : \* et nóbiles eórum in *mánicis férreis*.

Ut fáciant in eis *judícium conscriptum* : \* glória hec est *ómnibus sanctis* ejus.

*Psalmus cl.*

**L**Audáte Dóminum in *sanctis* ejus : \* laudáte eum in firmaménto *virtútis* ejus.

Laudáte eum in *virtútibus* ejus : \* laudáte eum secúndum multitudínem *magnitúdinis* ejus.

Laudáte eum in *sono tube* : \* laudáte eum in psaltério et *cýthara*.

Laudáte eum in týmpano et *choro* : \* laudáte eum in *cordis et órgano*.

Laudáte eum in cýmbalis *bene-sonántibus*, laudáte eum in cýmbalis *jubilatiónis* : \* omnis *spíritus laudet* Dóminum.


Glória *Patri et Fílio* : \* et *Spirítui Sancto*.

Sicut erat in *princípio et nunc et semper* : \* et in *sécula seculórum*. Amen.

Ant.




N cýmba-lis be-ne-so-nánti-bus \* laudá-te



Dómi-num.


*Chapter, Hymn, and Versicle, as on Friday, pages 8-10.*

Ant.  
I.iii.




N vi- am.

Cant.  
I.iii.



Ene-díctus Dóminus De- us Isra- el : \* qui- a vi-si-



tá-vit et fe-cit re-dempti- ónem ple-bis su- e.

Et erexit cornu *salútis* nobis : \* in domo David púeri sui.

Sicut locútus est *per os sanctórum* : \* qui a século sunt prophetárum ejus.

Salútem ex *inimícis* nostris : \* et de manu ómnium *qui odérunt* nos.

Ad faciéndum misericórdiam *cum pátribus* nostris : \* et memorári testaménti *sui sancti*.

Jusjurándum quod jurávit ad *Abraham patrem* nostrum : \* datúrum se nobis.

Ut sine timóre de manu inimicórum nostrórum *liberáti* : \* *serviámus* illi.

In sanctitáte et *justícia coram ipso* : \* *ómnibus diébus* nostris.

Et tu puer prophéta *Altíssimi vocáberis* : \* *preíbis enim ante fáciem* Dómini *paráre vias* ejus.


Ad dandam sciéntiam *salútis plebi* ejus : \* in remissiónem *peccatórum eórum*.

Per viscera misericórdie *Dei nostri* : \* in quibus *visitávit nos oriens ex alto*.

Illumináre his qui in ténébris et in *umbra mortis sedent* : \* ad *dirigéndo*s pedes nostros in *viam pacis*.

Glória *Patri et Filio* : \* et *Spirítui Sancto*.

Sicut erat in *princípio et nunc et semper* : \* et in *sécula seculórum*. Amen.



Nvi- am\* pa-cis dí-ri-ge nos Dómi-ne.


*Prayers, page 30.*

## Sunday.

1. Ant.  
III.iv.



Egná-vit.



*Psalmus xcij.*

**D**ominus regnávít decórem in-  
dútus est : \* indútus est Dómi-  
nus fortitúdinem et *precínxit* se.

Etenim firmávit *orbem terre* : \* qui  
non *commovébitur*.

Paráta sedes *tua ex tunc* : \* a *século*  
**tu** es.

Elevavérunt flúmina Dómine : \*  
elevavérunt flúmina *vocem suam*.

Elevavérunt flúmina *fluctus suos* : \* a  
vócibus aquárum *multárum*.

Mirábiles elatiónes *maris* : \* mirábi-  
lis in *altis* Dóminus.

Testimónia tua credibília **facta** sunt  
*nimis* : \* domum tuam decet sanc-  
titúdo Dómine, in longitúdinem  
*diérum*.

Glória Patri et Fílio : \* et Spirítui  
**Sancto**.

Sicut erat in princípío et **nunc** et  
*semper* : \* et in *sécula seculórum*.  
Amen.



Egná-vit \* Dó-mi-nus pre-cínctus for-ti-tú-di-ne




cum de-có- re virtú-tum : cu-jus se- des est in e- térnium.

2. Ant.  
IV.i.



Ci- ámus.



*Psalmus xcix.*

**J**ubiláte Deo *omnis terra* : \* ser-  
víte Dómino *in letítia*.

Introíte in *conspéctu ejus* : \* in *ex-  
ultatióne*.

Scitóte quóniam Dóminus *ipse est  
Deus* : \* *ipse fecit nos et non ipsi nos*.

Pópulus ejus et oves páscue ejus,  
introíte portas ejus in *confessióne* : \*  
*átria ejus in hymnis confitémini illi*.

Laudáte nomen ejus quóniam suá-  
vis est Dóminus, in *etérnum miseri-  
córdia ejus* : \* et usque in generatióne  
et generatióne *véritas ejus*.

Glória Patri et Fílio : \* et *Spirítui  
Sancto*.

Sicut erat in *princípio et nunc et  
semper* : \* et in *sécula seculórum*.  
Amen.


Ant.



Ci- ámus \* omnes qui- a Dómi-nus ipse est De- us :




cu- i ju- bi- lé- mus et ex- altémus et laudémus nomen



e- jus in e- térnium.

3. Ant.

V.ii.



Ene-dí-cam te Dómi-ne.



*Psalmus lxi.*

**D**eus Deus meus : \* ad te de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea : \* quam multipliciter caro mea.

In terra desérta ínvia et inaquósa, sic in sancto appáruí tibi : \* ut vidérem virtútem tuam et glóriam tuam.

Quóniam mélior est misericórdia tua super vítas : \* lábia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita mea : \* et in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima mea : \* et lábiis exultatiónis laudábit os meum.

Sic memor fui tui super stratum meum, in matutínis meditábor in te : \* quia fuísti adjútor meus.

Et in velaménto alárum tuárum exultábo, adhésit ánima mea post te : \* me suscepit délixtera tua.

Ipsi vero in vanum quesierunt ánimam meam : \* introíbunt in inferióra terre, tradéntur in manus gládii partes vúlpium erunt.

Rex vero letábitur in Deo, laudábuntur omnes qui jurant in eo : \* quia obstrúctum est os loquéntium iníqua.

*Psalmus lxvj.*

**D**eus misereátur nostri et benedícat nobis : \* illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri.

Ut cognoscámus in terra viam tuam : \* in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus : \* confiteántur tibi pópuli omnes.

Leténtur et exúltent gentes, quóniam júdicas pópulos in equitáte : \* et gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli Deus, confiteántur tibi pópuli omnes : \* terra dedit fructum suum.


Benedícat nos Deus Deus noster, benedícat nos Deus : \* et métuant eum omnes fines terre.

Glória Patri et Fílio : \* et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío et nunc et semper : \* et in sécula seculórum.

Amen.

Ant.



**B** E- ne-dí-cam te Dómi-ne \* in vi-ta me-a ut  
ví-de-am virtú-tem tu-am et gló- ri- am tu-am.

4. Ant.  
IV.i.



**Q** Mnis cre- a-tú-ra.

*Daniel. iij.*

**B**enedícite ómnia ópera *Dómini*  
*Dómino* : \* laudáte et superexal-  
táte *eum in sécula*.

Benedícite ángeli *Dómini* *Dómino* : \*  
benedícite *celi* *Dómino*.

Benedícite aque omnes que super  
*celos sunt* *Dómino* : \* benedícite om-  
nes virtútes *Dómini* *Dómino*.

Benedícite sol et *luna* *Dómino* : \*  
benedícite *stelle celi* *Dómino*.

Benedícite ymber et *ros* *Dómino* : \*  
benedícite omnes *spíritus Dei* *Dó-*  
*mino*.

Benedícite ignis et *estus* *Dómino* : \*  
benedícite *frigus et estas* *Dómino*.

Benedícite rores et *pruína* *Dómino* : \*  
benedícite gelu et *frigus* *Dómino*.

Benedícite glácies et *nives* *Dómino* : \*

benedícite noctes et *dies* *Dómino*.

Benedícite lux et *ténebre* *Dómino* : \*  
benedícite *fúlgura et nubes* *Dómino*.

Benedícat *terra* *Dómino* : \* laudet  
et superexáltet *eum in sécula*.

Benedícite montes et *colles* *Dómi-*  
*no* : \* benedícite univérsa germinántia  
*in terra* *Dómino*.

Benedícite *fontes* *Dómino* : \* bene-  
dícite *mária et flúmina* *Dómino*.

Benedícite cete et ómnia que mo-  
véntur *in aquis* *Dómino* : \* benedícite  
omnes *vólucres celi* *Dómino*.

Benedícite omnes béstie et *pécora*  
*Dómino* : \* benedícite *fílii hóminum*  
*Dómino*.

Benedícat *Israel* *Dómino* : \* laudet  
et superexáltet *eum in sécula*.



Benedícite sacerdótes **Dómini Dó-**  
mino : \* benedícite servi *Dómini*  
**Dómino.**

Benedícite spíritus et ánime justó-  
rum **Dómino** : \* benedícite sancti et  
húmiles corde **Dómino.**

Benedícite Ananía Azaría Mísaél  
**Dómino** : \* laudáte et superexaltáte

*eum in sécula.*

Benedicámus Patrem et Fílium cum  
**Sancto Spíritu** : \* laudémus et super-  
exaltémus *eum in sécula.*

Benedíctus es **Dómine** in firma-  
ménto celi : \* et laudábilis et glori-  
ósus et superexaltátus *in sécula.*

Ant.



M- nis cre- a-tú-ra \* ce- li et terre be- ne- dí- cat

Dó- mi- num : hymnum di- cat et su- per- ex- áltet e- um in

sé- cu- la.

5. Ant.  
VIII.i.



Pí- ri- tus om- nis.

*Psalmus cxlviiij.*

**L**audáte **Dóminum** de celis : \*  
laudáte eum *in excélsis.*

Laudáte eum omnes ángeli ejus : \*  
laudáte eum omnes virtútes ejus.

Laudáte eum sol et luna : \* laudáte  
eum omnes stelle et lumen.

Laudáte eum celi celórum : \* et  
aque omnes que super celos sunt,  
laudent *nomen Dómini.*

Quia ipse dixit et facta sunt : \* ipse  
mandávit *et creáta sunt.*

Státuit ea in séculum et in séculum

séculi : \* precéptum pósuit et non *preteríbit*.

Laudáte Dóminum de terra : \* dracónes et omnes *abýssi*.

Ignis grando nix glácies spíritus procellárum : \* que faciunt *verbum* ejus.

Montes et omnes colles : \* ligna fructífera et omnes *cedri*.

Béstie et univérsa *pécora* : \* serpéntes et *vólucres pennáte*.

Reges terre et omnes *pópuli* : \* príncipes et omnes *júdice* terre.

Júvenes et vírgines senes cum junióribus laudent nomen *Dómini* : \* quia exaltátum est nomen *ejus solúus*.

Conféssio ejus super celum et *terram* : \* et exaltávit cornu *pópuli sui*.

Hymnus ómnibus sanctis *ejus* : \* filiis Israel *pópulo* *appropinquánti* sibi.

*Psalmus cxlix.*

**C**Antáte Dómino cánticum *novum* : \* laus ejus in *ecclesia* *sanctórum*.

Letétur Israel in eo qui fecit *eum* : \* et filii Syon exúltent in *rege suo*.

Laudent nomen ejus in *choro* : \* in týmpano et psaltério *psallant ei*.

Quia beneplácitum est Dómino in *pópulo suo* : \* et exaltávit mansuétos *in salútem*.

Exultábunt sancti in *glória* : \*

letabúntur in *cubílibus suis*.

Exultatiónes Dei in *gútture eórum* : \* et gládii ancípites in *mánibus eórum*.

Ad faciéndam vindíctam in *natió*nibus : \* increpatiónes *in pópulis*.

Ad alligándos reges eórum in *compédibus* : \* et nóbiles eórum in *mánibus férreis*.

Ut fáciant in eis *judícium conscrip*tum : \* glória hec est *ómnibus sanctis* ejus.

*Psalmus cl.*

**L**audáte Dóminum in sanctis *ejus* : \* laudáte eum in firmaménto *virtútis* ejus.

Laudáte eum in virtútibus *ejus* : \* laudáte eum secúndum multitudínem *magnitúdinis* ejus.

Laudáte eum in sono *tube* : \* laudáte eum in psaltério *et cýthara*.

Laudáte eum in týmpano et *choro* : \* laudáte eum in *cordis et órgano*.

Laudáte eum in *cýmbalis* *bene*sonántibus, laudáte eum in *cýmbalis* *jubilatió*nis : \* omnis spíritus *laudet* Dóminum.

Glória Patri et *Fílio* : \* et *Spirítui* *Sancto*.

Sicut erat in *princípio* et nunc et *semper* : \* et in *sécula* *seculórum*. Amen.

Ant.



Pí-ri-tus om-nis \* lau-det Dómi-num : qui- a ipse

di-xit et facta sunt óm-ni- a, mandá-vit et cre- á-ta sunt

u-ni-vér-sa.

*Capitulum : Apoca. vij. 12.*

Cap.



Ene-díc-ti-o et clá-ri-tas et sa-pi-énti-a et gra-

ti-á-rum ácti-o honor et virtus et forti-túdo De-o nostro

in sé-cu-la se-cu-ló-rum. Amen. R. De-o grá-ti-as.


Hymn.

VI.




C- ce jam noctis \* te-nu-á-tur umbra, Lu-cis auró-ra

rú-ti-lans co-rú-scat : Ní-si-bus to-tis ro-gi-témus omnes,



Cuncti-po-téntem. 2. Ut De-us noster mi-se-rá-tus omnem,  
 Pel-lat languó-rum trí-bu-at sa-lú-tem : Donet et no-bis  
 pi-e-tá-te Pa-tris, Regna po-ló-rum. 3. Prestet hoc no-bis  
 Dé-i-tas be-á-ta, Pa-tris ac Na-ti pa-ri-térque Sancti : Spí-  
 ri-tus cu-jus ré-bo-at in omni, Gló-ri-a mundo. A-men.

*Versiculus.*




Dómi-nus regná-vit.

*R.* *silently.* Decórem ín-duit, allelúya.


Ant.

I.v.





X-í-ens.

Cant.  
I.v.



Ene-díctus Dóminus De- us Isra- el : \* qui- a vi-si-



tá-vit et fe-cit re-dempti- ónem ple-bis su- e.

Et erexit cornu *salútis* nobis : \* in domo David púeri sui.

Sicut locútus est *per os sanctórum* : \* qui a século sunt prophetárum ejus.

Salútem ex inimícis nostris : \* et de manu ómnium *qui odérunt* nos.

Ad faciéndum misericórdiam *cum pátribus* nostris : \* et memorári testaménti *sui sancti*.

Jusjurándum quod jurávit ad Abraham patrem nostrum : \* datúrum se nobis.

Ut sine timóre de manu inimicórum nostrórum liberáti : \* *serviámus* illi.

In sanctitate et justícia *coram ipso* : \* ómnibus diébus nostris.

Et tu puer prophéta Altíssimi vocáberis : \* preíbis enim ante fáciem Dómini paráre *vias* ejus.

Ad dandam sciéntiam *salútis plebi* ejus : \* in remissiónem *peccatórum eórum*.


Per viscera misericórdie *Dei nostri* : \* in quibus visitávit nos óriens *ex alto*.

Illumináre his qui in ténébris et in umbra *mortis sedent* : \* ad dirigéndo pedes nostros in *viam pacis*.


Glória *Patri et Fílio* : \* et Spirítui Sancto.

Sicut erat in príncipio *et nunc et semper* : \* et in sécula *seculórum*. Amen.


Ant.



X-í-ens \* Je-sus de fí-ni-bus Ty-ri ve-nit per



Sydó-nem ad ma-re Ga-li-lé-e, inter mé-di-os fí-nes




De-ca-pó-le-os al-le-lú-ya.


*Prayer, page 35.*

*Ferial Preces.*

¶ *Alternating by sides, kneeling.*



Y-ri- e-léyson. *ijj.* Christe-léyson. *ijj.* Ky-ri- e-




léyson. *ij.* Ky-ri- e-léyson.


¶ *Oratio Dominica. (silently)*

¶ *A*ter noster qui es in celis sanc-  
tíficétur nomen tuum. Advéniat  
regnum tuam. Fiat volúntas tua sicut  
in celo et in terra. Panem nostrum  
quotidiánum da nobis hodie. Et


dimítte nobis débita nostra sicut et  
nos dimíttimus debitóribus nostris.  
Et ne nos indúcas in tentatiónem.  
Sed líbera nos a malo.



℣. Et ne nos indú-cas in tenta-ci- ónem.




℞. Sed lí-be-ra nos a ma-lo.




℣. Ego di-xi Dómi-ne mi-se-ré-re me- i. ℞. Sa-na á-ni-




mam me-am qui- a peccá-vi ti-bi. *℣*. Convérte-re Dómi-ne




úsquequo. *℞*. Et depre-cá-bi-lis esto su-per servos tu-os.




*℣*. Fi-at mi-se-ri-córdi-a tu-a Dómi-ne su-per nos.




*℞*. Quemádmmodum spe-rá-vimus in te. *℣*. Sa-cerdó-tes




tu-i indu-ántur justí-ci-am. *℞*. Et sancti tu-i ex-últent.




*℣*. Dómi-ne salvum fac re-gem. *℞*. Et ex-áudi nos in di-e



qua invo-ca-vé-rimus te. *℣*. Salvos fac servos tu-os et



ancíl-las tu-as. *℞*. De-us me-us spe-rántes in te.



*℣*. Salvum fac pópu-lum tu-um Dómi-ne : et bé-ne-dic

he-re-di-tá-ti tu-e. *R.* Et re-ge e-os et extólle il-los  
 usque in e-térnum. *V.* Dómi-ne fi- at pax in virtú-te tu-a.  
*R.* Et a-bundánti-a in túrri-bus tu- is. *V.* O-rémus  
 pro fi-dé-li-bus de-fúntis. *R.* Réqui-em e-térnam do-na  
 e- is Dómi-ne : et lux perpé-tu-a lú-ce-at e- is.  
*V.* Ex-áudi Dómi-ne vo-cem me-am qua clamá-vi ad te.  
*R.* Mi-se-ré-re me- i et ex-áudi me.

*Psalmus l. (recto tono, alternating by sides.)*

**M**iserere mei Deus : \* secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitudínem miserationúm tuárum : \* dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea : \* et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognóscó : \* et peccátum meum

contra me est semper.

Tibi soli peccávi et malum coram te feci : \* ut justificéris in sermónibus tuis et vincas cum iudicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum : \* et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti : \* incérta et occúlta sapiéntie tue mani-



festásti michi.

Aspérges me ysópo et mundábor : \*  
lavábis me et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et letí-  
ciam : \* et exultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis me-is  
: \* et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus : \*  
et spíritum rectum ínno-va in vis-  
céribus meis.

Ne proyícias me a fácie tua : \* et  
spíritum sanctum tuum ne áuferas a  
me.

Redde michi letí-  
ciam salutáris tui : \*  
et spírítu principáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas : \* et  
ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus Deus  
Deus salutis mee : \* et exultábit  
lingua mea justí-  
ciam tuam.

Dómine lábia mea apéries : \* et os  
meum annunciábit laudem tuam.

Quóniam si volúisses sacrificium  
dedíssem : \* útique olocáustis non  
delectáberis.

Sacrificium Deo spíritus contribu-  
látus : \* cor contrítum et humiliátum  
Deus non despícies.

Benígne fac Dómine in bona  
voluntáte tua Sion : \* ut edificéntur  
muri Hierúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium justí-  
cie oblatiónes et olocáusta : \* tunc  
impónent super altáre tuum vítulos.


Glória Patri et Fílio : \* et Spírítui  
Sancto.

Sicut erat in princípío et nunc et  
semper : \* et in sécula seculórum.  
Amen.


¶ *The Psalm being finished, let the Officiant alone arise : and approach the Quire Step, saying.*




℣. Exúrge Dómi-ne ádju-va nos. ℞. Et lí-be-ra nos propter




nomen tu-um. ℣. Dómi-ne De-us virtú-tum convérte nos.



℞. Et osténde fá-ci-em tu-am et salvi é-rimus.




℣. Dómi-ne ex-áudi o-ra-ti-ónem me-am. ℞. Et clamor




me-us ad te vé-ni- at.

*Sundays (all standing) and Weekdays.*



Omi-nus vo-bís-cum. ℞. Et cum spí-ri-tu tu- o.



℣. O-rémus.

*Prayer, 11<sup>th</sup> Sunday after Trinity.*

**D**eus qui omnipoténtiam tuam parcéndo máxime et miserándo maniféstas, múltiplica super nos grátiam tuam : ut ad tua promíssa currétes, celéstium bonórum fácias esse consórtes. Per Dóminum

nostrum Jesu Christum Fílium tuum qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus. Per ómnia



sécula se-cu-ló-rum.


*Prayer, 12<sup>th</sup> Sunday after Trinity.*

**O**mnipotens sempitérne Deus, qui abundántia pietátis tue et mérita súpplícum excédís et vota, ef-fúnde super nos misericórdiam tuam : ut dimíttas que consciéntia méruit, et adjícias quod orátio non presúmit. Per Dóminum nostrum Jesu


Christum Fílium tuum qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus. Per ómnia sécula




se-cu-ló-rum.




*R.* Amen.



*V.* Dómi-nus vo-bís-cum. *R.* Et cum spí-ri-tu tu- o.



*V.* Be-ne-di-cámus Dómi-no. *R.* De-o grá-ci- as.



## Notes on the Sarum Office.

The Sarum Office is a prime representative of non-monastic daily worship in the western Church of the middle ages. Sarum is an abbreviation of the Latin Sarisburiense, or Salisbury, where the Normans established a castle and cathedral shortly after the conquest of England in 1066. The Sarum Use or Rite is a development of the liturgies of northern France, incorporating some elements of the earlier Anglo-Saxon liturgy. It became the dominant form of worship in the British Isles and after the reformation became an important source for the Book of Common Prayer.

The Sarum Office of Lauds normally follows directly upon the Office of Matins with no break--the private prayers would be omitted, having been said before Matins. The Sarum Office printed here is that for the ordinary week-days and Sundays--this would seem to be most appropriate for an introduction to the medieval Office of Lauds. In the Old Sarum Kalendar the Friday would in fact be sung as the Full Office of the Blessed Virgin (transferred from Saturday), and the Saturday would be the Feast of Saints Hippolytus and Companions. After the adoption of the Feast of the Holy Name with Full Octave (August 7-14) in 1457, Lauds of Friday, Saturday, and Sunday would all have been celebrated as the Octave of the Holy Name, with proper Antiphons, Chapter, Hymns, and Prayer.

The Antiphon texts are all taken from their respective Psalms and Canticles, with the exception of the Antiphon to the Benedictus on Sunday, which is taken from the Gospel of the day. The Hymn (the summer Hymn for Lauds on ordinary days) appears with two melodies, ferial and Dominical--for week-days and Sundays. The Preces are not said on Sundays.

Memorials (Commemorations) of the Holy Cross, of St. Mary, and of All Saints, consisting of Antiphon, Versicle, and Prayer, which would have been sung at the conclusion of Lauds each day, have been omitted.

All materials are drawn from William Renwick, ed., *The Sarum Rite*, sarum-chant.ca.